# Los orígenes de los Agustinos Descalzos en Portugal

POR

SATURNINO LOPEZ, AGUSTINO († 1944)

## I

### Primera carta de la Reina al Rmo. P. General de la Orden

Extra - Pella Raynha.—Al Rev. P. Lanfranconio Gnal. de Orden de S. Agostino.

Intus - Reverendo Pedro Lanfranconio Geral. de Sto. Agostino. Eu a Raynha Vos envio moito saudar. Os negocios publicos obrigarao a meus Confessores a me nao dexarem executar a rezolucao, que tomei ha annos de Me recolher em hum Convento onde Jo tratasse de encomendar a Deos a Alma del Rey meu Sennor, que Deos tem, e a minha. Agora que me vejo sem aquell embaraco, executei este intento debaxo do patrocinio do Grande P. S. Agostinho de quem sou particular devota, mandando fazer hum Convento de Capuchas sogeitas inmediatamente a Vos e a Vollos Successores sem dependencia de outros Prelados. E pera que mais depressa se comence a servir a Deos e pera minha companhia e consolacao mandei encomendar ao Provincial nomee alguas Religiozas suas subditas, quaes convem pera darem principio a Caza e Religiao tao Sancta, e doutrina as mais Religiozas que nella ouverem de entrar: mandai taobem encomendar ao Commissario

Vosso Lugar tenente nomee em quanto nao vem despacho Vosso per Vigario dar Religiozas a fr. Manoel da Conceicao e por Confessor a fr. Bertholomeo de S. Maria por ter toda a satisfacao do Spirito, Virtudes e Letras destes Religiosos; os quais e os maes que ouverem de assistir neste Convento determino sejao taobem descalcos e Capuchos como ellas e da mesma Vossa proteccao inmediata. De toudo vos dou conta encomendandovos moito lo ajais por bem e o mandeis dispor nesta conformidade e espero da Misericordia de Deos que com a satisfacao de teres Subditas e Subditos tao verdaderamente filhos de Sto. Agostinho, vos pagueis do pouco trabalho que vos dará o seu governo. Escritta em S. Agostinho de emxobregas 25 de abril de 1633 = A Raynha. P.° o Geral. de S. Agostinho.

Reg. Rmi. Petri Lanfranconii, Dd. 99, f. 55 - Archiv Ordinis. Copia.

## II

### Respuesta del Rmo. P. General a la Reina

Serenissimae ac Religiosissimae Reginae Portugalliae.

Mag. Fr. Petrus Lanfranconius Ordinis Eremitarum Sti. Augustini Prior Generalis, licet indignus. Exultavimus et laetati sumus in Domino cum audivimus Sermam. Maiestatem Vestram, a lege viri terrestris solutam, ad illius, cuius pulchritudinem sol et luna mirantur, divinum consortium aspirare, mundique relicto principatu, coeleste regnum tota mente perquirere et pro regno eremum, pro deliciis asperitatem concupiscere. Decet universum Ordinem nostrum laudare Dominum, quoniam magnifice fecit, dum intra Eremitarum numerum, quos in dies largius supra meritum experiri voluit regale beneficium, ipsam nunc benefactricem Reginam dignatus est aggregare. Sane, dum sic pietas divina humilitatem nostram respexit, debemus saltem ex intimo cordis affectu esse soliciti, ut in omnibus quae ad laudem Omnipotentis Dei et sanctissimi desiderii implementum a nobis exigit Maiestas vestra quantum pro viribus possumus grato animo cooperemur. Cum, itaque, Maiestas Vestra sibi proposuerit Monasterium quale Regiam decet Magnificentiam, Monialium Excalceatarum Sti.

Patris nostri Augustini in Valle de Xabregas, prope Civitatem Olissipponensis, propriis sumptibus fabricare, et ulterius cupiat a Nobis ipsum ipsum spiritualiter fundandi facultatem obtinere, fierique nobis et successoribus nostris inmediate subiectum ac a Provincia Lusitaniae Praelatorum iurisdictione exemptum. Nos, sanctum hoc laudantes propositum ac coelestem agnoscentes desiderium, eam facultatem quam de iure et nostrarum constitutionum authoritate dare possumus et quantum ad Nos pertinet ad dicti Monasterii fundationem, de consensu etiam Adm. R. Pris. Assistentis Italiae, qui Nobiscum in Visitatione assistit, libenter impartimur et ipsum Monasterium Nobis et successoribus nostris inmediate subiectum constituimus, atque a quorumcunque aliorum Ordinis nostri Praelatorum iurisdictione exemptum esse volumus et decernimus, ita quod gubernari, inquiri, visitarive ab alio Praelato minime possit nisi a Nobis et successoribus nostris vel a Commissariis per Nos et Successores nostros, quatenus opus sit, et Nobis visum fuerit reformationi consonum, specialiter deputandis. Dummodo tamen in omnibus semper S. Concilii Tridentini Apostolicae Sanctiones et decreto ac Ordinis nostri Constitutiones omnino observentur. Interim, eximiae virtutes quibus Vestra Maiestas condecoratur summam spem nobis faciunt ut qualem optimi Principis in Regno gubernando ideam se praebuit, talem in eremitica vita agenda rarissimum exemplar quod imitemur in posterum habeamus. Dat. Venetiis (die 4 Augusti 1663).

Ibid. fol. 55-v.

## III

### El Rmo P. General nombra confesor de las Monjas al P. Bartolomé de Sta. María

Mag. Fr. Petrus Lanfranconius, etc.

Ven. Nobis in Christo P. Bartholomeo de S. María, Provinciae nostrae Lusitaniae, eiusdem Ordinis ac voti, salutem.—Quoniam Serenissima Portugalliae Regina, habito iam a Nobis consensu (pro eo quod ad Nos pertinet) Monasterium Monialium discalceatarum Ordinis nostri in Valle de Xabregas, prope Olissipponem, aedificare ac Maiestate regia exuta una cum nobilissimis

atque aeque piis foeminis humilitate nostra indui quamprimum desiderat. Exigit munus nostrum de spirituali Patre Confessario dictum Monasterium providere, quo Christi Sponsae medio salutaris poenitentiae pharmaco, ad sibi iam optatam perfectionem valeant pervenire. Cum, igitur, de tua prudentia, doctrina, morumque probitate satis edocti simus, tibique propterea spiritualis Christi Sponsarum cura merito possit commendari. Tenore praesentium et de consensu etiam Adm. R. P. Assistentis Italiae, qui Nobis in Visitatione assistit, Te in ordinarium nostrarum Monialium Monasterii Sti. Augustini de Xabregas Confessarium iuxta decreta Sac. Concilii Tridentini et Apostolicas ordinationes ac alias Ser. Ser. et omni meliori modo quo possumus, ad arbitrium nostrum eligimus, constituimus et deputamus, dantes tibi authoritatem etiam ab omnibus casibus nobis specialiter reservatis, quatenus opus sit, ac alias ad formam nostrarum Constitutionum absolvendi, Monasterii insuper clausuram ad Sacramenta in casibus urgentis necessitatis ministranda, Sacris Canonibus servatis, ingrediendi. Ut autem hoc munus liberius et maiori animarum profectu exequi valeas, a Praelatorum nostrae Provinciae Lusitaniae iurisdictione te eximimus, illis omnibus harum serie litterarum inhibentes ne quoties praetextu te ab officio amovere vel in eius administratione molestare aut alio quovis praetextu seu quesito colore perturbare praesumant, Teque Nobis et Successoribus nostris inmediate subiectum constituimus et declaramus. Bene in Domino vale. (Dat ut supra.)

Ibid. fol. 56-v.

## IV

### El Rmo. P. General nombra Vicario de las Monjas al P. Manuel de la Concepción

Mag. Fr. Petrus Lanfranconius, etc.

Ven. Nobis in Christo Patri Emmanueli de Conceptione, Provinciae nostrae Lusitaniae, eiusdem Ordinis ac voti, salutem et regularis observantiae profectum.—Cum Serenissima Regina Portugalliae, divina Dei operante providentia, quae coelestia simul et terrena moderatur, regia pompa renunciata, Monasterium Mo-

nialium excalceatarum Sti Augustini Ordinis nostri in Valle de Xabregas, de consensu nostro (quod servatis servandis praestitimus), fundare, intendat, in eumque cum aliis preciosis margaritis Christi Sponsis se quamprimum recipere ac Religionis nostrae habitu indui; Nobis vero, cum ob nimiam locorum distantiam super hac fundatione et Monasterii regimine personaliter invigilare nequeamus, pro viribus incumbit ut vices nostras alicui ex Religiosis nostris committamus, qui tanti ponderis negotiis et sua praesentia et nostra authoritate assistat; Ea propter Nos, qui de tua idoneitate, religione, prudentia, fide digno testimonio facti iam sumus certiores, harum serie literarum ac etiam de consensu Adm. R. Pris. Assistentis Italiae, qui Nos in Visitatione comitatur, Te in Vicarium et ordinarium Praelatum dicti Monasterii Sti. Augustini Monialium Excelceatarum de Xabregas, Ordinis nostri, ad arbitrium nostrum, eligimus, constiuimus et declaramus, ac dictum Monasterium tuae vigilanti curae committimus. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Dantes tibi omnes vices nostras ut omnia et singula explere, mandare, corrigere, statuere ordinare, approbare, absolvere ac revocare possis, quae in maiorem regularis observantiae profectum in Domino cognoveris expedire, eisdem modis et forma quibus nos metipsi, si personaliter interessemus, facere possemus. Inhibemus autem omnibus Provinciae Lusitaniae Praelatis ne de tua persona inquirere, processum desuper fabricare, vel te molestare seu ab officio removere, aut quovis modo inquietare seu perturbare praesumant; id, enim, quatenus opus fuerit, Nobis et Commissariis per Nos ad hunc effectum deputandis specialiter tantummodo reservamus, teque ab omni Provinciae Iusitaniae quorumcunque Superiorum iurisdictione eximimus, nobisque et successoribus nostris immediate subiectum esse volumus et declaramus. Dat. Venetiis (ut supra).

Ibidem, fol. 57.

## V

### Extracto de la escritura de fundación del Convento de las Monjas

"Nel nome di Dio. Amen. Sappiano quanti vedranno questo

Instromento di Contratto, fondatione, obligatione e come in Diritto miglior luogo habbia, che nell'anno della Natività di Nostro Signore, etc. 1663, alli 18 giorni del mese di Maggio nella Città di Lisbona, etc., il Senatore Gaspare de Abreu de Freitas, Procuratore dell'Azienda della Regina nostra Signora Donna Luisa, e come suo Procuratore in virtù di un Decreto sottoscritto da Sua Real Maestá, che avanti si copiarà, e dall'altra stavano presenti li Molto RR. PP. Fra Giuseppe de Sottomayor, Commissario, Fra Gio(vanni) Marmelleiro, Provinciale, e Fra Alvaro de Tavora, Priore, et altri Padri Maestri del Conseglio e governo di detta Religione abasso sottoscritti, tutti assieme congregati, etc., e subito da esse parti fù deto a me Notaro, avanti li Testimonii sussegeuentemente nominatti, che la detta Regina Nostra Signora vuole col favore di Dio e mediante la gratia sua fondare un Convento di Monache Capuccine Scalze della detta Religione di S. Agostino che professino la Regola de Religiosi di detto Ordine che sono in Spagna, il quale vuole fondare nelli limiti de Xabregas, nella Villa e palazzo ne quali la detta Signora habita, con le clausole et oblighi seguenti: che esso Senatore Gaspare de Abreu de Freitas obliga la detta Regina nostra Signora, in virtù della sua potestà, che farà il detto Monastero a sue spese et ornarà la chiesa degl'ornamenti e vasi sacri et altre cose necesarie per servitio di essa, e che le dette Monache si riceveranno senza dote, etc. E che le dette Religiose non saranno soggette alli Prelatti di detta Religione di S. Agostino, ma sarà suo Prelato particolare, che sarà immediato al Reveredendissimo P. Generale che di presente è e per l'avenire sarà di detta Religione Agostiniana. E che essendo per questo necessario licenza del detto P. Generale o alcuna Bolla Apostolica, la levaranno così la detta Regina nostra Signora come li detti Padri, che per cuanto per hora non si sà per causa di essere le dette opere imperfette, etc. E da essi Padri Commissario, Provinciale e Priore et altri del Consglio fù di più detto che in questa forma accettano questa scrittura in loro nome e degl'altri Religiosi presenti e futuri e l'adempiranno nella forma di essa, et altresì si dichiara con questa scrittura che se in alcun tempo la Religione di S. Agostino porrà dubio alcuno a questo contratto o al governo del Convento differente da quello, chehora in essa si ordina, passarà subito il governo d'essa a chi detta Signora sarà servita, che sarà sempre nella forma di questa scrittura, la quale promettono e si

obligano che sempre et in tutto il tempo haveranno, compliranno et osserveranno nella forma di essa, cosí loro Padri come la detta Regina nostra Signora, e non contraverranno al suo compimento per alcun tempo e strada che sia, e facendolo, tutto ciò che in contrario di essa faranno non sarà valido ne di effetto alcuno. Et altresí esso Senatore Gaspare de Abreu de Freitas obliga la detta Regina nostra Signora che sempre farà buono al detto Convento li detti 3000 Crociati di iuro ciascheduno anno, etc., dissero che obligavano, come in effetto subito obligorono, a sapere: Essi Padri tutti li beni e rendite della loro Religione, presenti e futuri, e la maggior parti di essi. Et esso Senatore Gaspare de Abreu de Freitas altresì li beni e rendite di detta Signora, presenti e futuri et il meglio di essi, e per tutti qui il contenuto si obligano rispondere in questa Città di Lisbona, avanti qualsivogli Giustizia, Tribunali e Ministri, etc.

Et altresì dichiarano esse parti che la Regina nostra Signora haverà licenza da Sua Santità o dal Reverendissimo Padre Generale per essa esentione o separatione che li Religiosi che andaranno ad assistere alle dette Monache hanno da esser del governo della sua Provincia, e così l'autenticorono etc. Furono testimonii etc. si sottoscrissero con li testimonii e si autenticorono alli 19 giorno del detto mese et anno etc."

Archivo general de la Orden, Vol. Aa. 48, "Notitiae Prov. Lusitaniae" sin. fol. Impreso. Forma este documento el núm. 5 en un "Summarium" presentado a la S. Congregación de Obispos y Regulares el año de 1685, en el pleito sostenido por el Rmo. Padre General contra los Descalzos Portugueses sobre la jurisdicción del Convento de las Monjas.

## VI

## El Rmo. P. General da licencia para que se descalcen los Padres encargados de servir a las Monjas (*)

Mag. Fr. Petrus Lanfranconius etc.

Serenissimae ac Religiosissimae Reginae Portugalliae.

Maiestatis vestrae in Nos et Ordinem nostrum undique

(*) La carta de la Reina a que respondió el General con esta concesión no se conserva.

affluentibus beneficiis inducimur, ut eius votis, quantum in Domino possumus, et officii nostri ratio postulat, ex intimo cordis affectu debito annuamus obsequio. Cum itaque, altiudine Divinae Providentiae, a qua bona et sancta opera omnia procedunt, sic suggerente, Maiestas vestra sibi proposuerit, Principatu mundi relicto, religiosam deinceps vitam degere sub regula et constitutionibus Ordinis nostri et ad hunc effectum fundare Monasterium sub titulo magni Patris nostri Augustini extra Civitatem Ulyssipponensem in Valle de Xabregas, in quo Maiestas vestra aliaeque nobilissimae et plissimae foeminae illuc ingressurae habitum induant humiliorem eo quo utuntur aliae Provinciae Portugalliae Moniales et insuper Discalceatae incedant, Discalceataeque nuncupentur, et Nos, quantum in Nobis fuit, de huiusmodi sanctissimi propositi implemento solliciti, per litteras nostras omnem quam de iure et forma nostrarum Constitutionum super hoc authoritatem nostram concesserimus, nec non eidem Monasterio Vicarium, Confessarium deputaverimus; nunc autem Maiestas vestra et mentem et voluntatem suam nobis patefaciat, desiderans ut etiam Vicarius, Confessarius et alii Religiosi pro regimine et administratione huius Monasterii per Nos nominati et nominandi, non secus ac Moniales praefati Monasterii, incedant discalceati. Nos, pium ac laudabilem votum huiusmodi in Domino commendantes, Vicario et Confessario, duobus Cappellanis et fratri laico, qui Monasterii regimini et ministerio incumbunt, authoritate nostra, tenore praesentium, licentiam et facultatem concedimus et impartimur, ut ipsi etiam discalceati incedant et nobilissimum, regiumque exemplar, quod ante oculos habent, imitentur; Maiestatem vestram dicimus, cuius clarissimo et piissimo exemplo et Nos etiam dictos Religiosos in Domino monemus, ut omnibus soecularibus negotiis semotis, ita in consequenda sui instituti perfectione se exerceant, ut non solum per bona temporalia caute transeant, mundi molestias patiantur, illecebras, dignitates contemnant, sed omnes Christi fideles in sui devotionem trahant. Volumus, autem, ut Vicarius huius Monasterii sit tam Confessarii quam duorum Cappellanorum et fratris laici Praelatus ordinarius, absque ulla Praelatorum Provinciae dependentia, a quorum iurisdictione tam dictum Vicarium quam praefatos Religiosos omnino exemptos esse decernimus, ita quod Nobis dumtaxat quoad omnia subiecti et Successoribus nostris solummodo existant. Nihilominus, tamen,

stricte dicto Vicario, coeterisque fratribus praecipimus ut summa veneratione Praelatos Provinciae nostrae Portugalliae colant et tamquam Patres venerentur, ut omnem scandali materiam et inquietudinis occasionem obsequio subtrahant et Maiestati vestrae, suoque Monasterio tranquillum in Deo reddant formulatum. Dat. (Bononiae, die 2.ª mensis Januarii anni 1664).

Reg. Rmi. Petri Lanfranconii, Dd. 99, fol. 103. Arch. Ordinis.

## VII

## La Reina solicita del General la licencia para la fundación del Convento de Descalzos

Rv. Fr. Pedro Lanfranconio, Generale de Sto. Agostinho.

Eu a Raynha vos envio muito saudar. Recebi a uona carta e despachos (1) por via do Assistente deste Reyno (2), e me parveo agardeceneos (sic) muito a boa uontade que mostres a meo seruico, a qual eu estimo muito pelo gosto com que esperaua estes Papeis: pello mesmo Asistente mando procurar os necessarios para a outra fundaceu dos frades descalcos; estimarei que em tudo obreis como ategna fizestes para que tenha maes que vos agradecer, poes mi no acodisa meu seruico e ao augmento de vostra Religiao. E scritta en Xabregas 13 de nouembro de 663. A Raynha.

Reg. Dmi.. Petri Lanfranconii, Dd. 100, fol. 31. Arch. Ordinis.

---

(1) Sin duda la carta y despachos de 4 de Agosto.

(2) El P. Buenaventura de las Llagas, cuyo elogio fúnebre —murió el 26 de marzo de 1666— compendió el Rmo. Lanfranconi en estas breves, hermosas palabras: «vir summa pietate, prudentia et doctrina praeditus et Amicus nostes charissimus» (Reg. Dd. 101, fol. 182).

En el Capítulo General celebrado en Roma el año de 1661, por virtud de un Breve de S. Santidad el Papa Alejandro VII expedido el día 4 de junio del mismo año, fue creada una nueva Asistencia «por el Reyno de Portugal y sus Conquistas». En la sesión del día seis, a propuesta del Presidente, Emmo. Cardenal Palotto, fue elegido para el desempeño del cargo de Asistente el P. M. Buenaventura de las Llagas, quien a lo que parece, desempeñaba en Roma el de Procurador de su Provincia. Su asistencia duró «lo que duran las rosas». Los Padres del Capítulo, después de obedecido y ejecutado el Breve, recurrieron a Su Santidad para que lo retirara. Retirole en efecto el Papa al día siguiente, 7, por medio del Sec. Mons. Ugolini, y con ésto quedó anulada la creación de la Asistencia y la elección del P. Buenaventura para Asistente de Portugal. (Reg. Dd. 97, fol. 12 y 13). No obstante ésto, la Reina continúa llamándole Asistente.

## VIII

## El Rmo. P. General concede la licencia para la fundación del Convento de Descalzos

Mag. Fr. Petrus Lanfranconius etc.

Serenissimae ac Religiosissimae Reginae Portugalliae.

Verum ac rationabile Deo templum, non lapidibus insensibilibus, sed sanctarum mulierum Congregatione, nec temporale et corruptibile, sed aeternum atque inexpugnabile vestra Maiestas, divino certe consilio, disponens, et vasa praetiosissima Domino cupiens conservare, non auri metallo vel argenti conflata, sed animabus sanctis, quae, innocentiae, iustitiae et castitatis integritate fulgentes, Sponsum Christum in semetipsis circunferant commorantem, Nos alias pro officio nostro ad communionem tanti operis dignata est addiscere. Durum siquidem vestra Maiestas proposito sibi, post gloriosum tot annorum regimen Portugalliae Regni, religioso secessu sub Regula S. P. N. Augustini, ob idque desiderans monasterium a fundamentis extruere prope Civitatem Olyssiponensem in Valle de Xabregas, quod inmediate subiectum esset nobis et Successoribus, in quo eadem Vestra Maiestas et omnes foeminae illud ingressurae sub habitu humiliori quam aliae nostri Ordinis Moniales Deo Serviant, discalceataeque incedant et nuncupentur, nostram ad hoc voluit accedere authoritatem, quam specialibus litteris nostris libenti animo tunc contulimus iuxta canonicas sanctiones et Ordinis nostri Constituiones circa praedicta nobis competentem et necessariam vel oportunam, dictumque Monasterium Nobis et Successoribus nostris immediate subiectum constituimus atque a iurisdictione omnium aliorum nostri Ordinis Praelatorum exemptum esse declaravimus, deputantes ulterius eiusdem Monasterii administrationi Vicarium, Confessarium, Cappellanos et fratrem Laicum. Quibus deinde idem Religionis studium, idemque ardor Maiestatis vestrae nos incitavit ut aliis nostris litteris impertiremur licentiam quod, iuxta regium exemplar, discalceati incederent et Praelatum constitueremus ipsummet Vicarium, eximentes eundem et alias praedictas personas a iurisdictione Praelatorum Provinciae Portugalliae, nobisque immediate subiectum et subiectas esse decernentes. Num vero Maiestas vestra, erga opera pietatis et charitatis infatigabilis perseverans in

Ordinem nostrum, alia insuper meditatur: cupit, enim, Conventum aedificare sub titulo Immaculatae Conceptionis pro habitatione fratrum excalceatorum praedictorum quos Monialium Monasterii famulatui destinavimus, a Nobisque facultatem ad id necesariam summopere exoptat. Cui sane rei quantum nos pius ardor desiderii Maiestatis vestrae assentiri provocavit, tantum multiplices, quas et temporum et rei ipsius ratio ingessit, obtemperare volentes, difficultates deterruerunt. Verum, ponentes nos prae oculis quam semper magnifice Maiestas vestra cum Ordine nostro operata sit, quam pio devotionis affectu erga Parentem nostrum Sanctissimum Augustinum semper se gesserit et quanta in praesens claritate ex persona simul ac beneficentia Maiestatis vestrae Ordo noster refulgeat, recto arbitrati sumus consilio religiosissimae liberalitati non resistere, sed maiori prosequi obsequio quae Maiestas vestra disponit pietatis monumenta. Harum, igitur, serie litterarum, de consensu etiam Adm. Rev. Pris. Assistentis Italiae, qui nos Visitatione comitatur, quatum ad Nos ratione officii nostri spectat, authoritatem nostram impartimur et facultatem concedimus Maiestati vestrae ut, canonicis sanctionibus, Constitutionibus Apostolicis et Ordinis nostri Statutis servatis, possit praefatum Conventum generale Religiosorum Eremitarum Sti. Augustini discalceatorum sub tiulo Virginis Conceptionis fundare et erigere, quem sic erectum Nobis et Successoribus nostris, nostrorumve Commissariis immediate subiectum et a Praelatorum Provinciae Portugalliae iurisdictione exemptum et immune esse volumus et declaramus, in eiusque Priorem arbitrio nostro creamus, instiuimos et nominamus R. P. Emmanuelem a Conceptione, aliis iam nostris litteris in Vicarium tam ipsorum fratrum quam monialium per nos deputatum. Praecipientes omnibus eiusdem Conventus tam Patribus quam fratribus, sub rebellionis nostrae poena, quatenus eidem tamquam vero et legitimo suo Priori obediant. Monemus autem in Domino, non solum Priorem ipsum sed et Subditus eius, ut Maiestatem vestram, non tantum qualem hactenus venerati sunt Reginam, sed et qualem nunc habemus Religionis Augustinianae propagatricem, summo obsequio prosequantur. Deum etiam incesanter pro salute vestra orantes, pro qua et nos hostias fundemus et praeces, ut Maiestas vestra cunctis ornata virtutibus, spiritualibusque divitiis refecta Nobis atque omnibus Ordinis nostri Religiosis et universis Christ fidelibus vitae per-

fectonem querentibus diu vivat ad exemplum. Dat. Januae, die 5.ª julii 1664.

Reg. Rmi. Lanfranconii, Dd. 100, Fol. 31-32. Arch. Ordinis.

## IX

## El Rmo. P. General otorga licencia para instituir Noviciado en el Convento de los Descalzos

Mag. Petrus Lanfranconius etc.

Rev. nobis in Christo Pri. fr. Emmanueli a Conceptione, Priori Conventus Reformatum nostri Ordinis de Xabregas in Regno Portugalliae, Salutem.

Deus, a quo datum optimum et omne donum perfectum, novos nobis operarios addidit ad excolendam vitem, quam ex eius linea in portionem nostram habuimus, licet inmeriti, operante Patre luminum, qui coelestia simul ac terreno moderatur, Serenissima Portugalliae Regina, ut gratiorem Altissimo praestaret famulatum, non solum Monasterium Monialium nostri Ordinis a fundamentis, nostro accedente consensu, prope Civitatem Ulyssipponensem in Valle Xabregas, Nobis et Successoribus nostris inmmediate subiectum, extrui iussit, verum etiam Conventum generalem Religiosorum sub invocatione Immaculatae Virginis de Conceptione prope eumdem locum aedificari et perfici mandavit, ad cuius erectionem, quantum ad Nos ratione officii nostri spectare videbatur, auctoritatem libenter tribuimus, eum Nobis et Successoribus nostris etiam immediate subiectum constituentes, ac Priorem nostro arbitrio duraturum cum omni facultate, quam coeteri Conventuum generalium Priores iure, usu et consuetudine habent aut habere solent nominantes. Cum autem eadem Serenissima Regina Sanctissimum Parentem nostrum, Ecclesiae lumen, Augustinum in dies maiori devotione prosequatur, eius in praefato Regno Eremitarum Ordinem propagare et extendere summopere meditatur. Eapropter, in primis cupit in hoc generale Reformatorum Conventum novitiatum institui, in quo ad habitum novitii, tam clerici quam laici, recipiantur et ad professionem admittantur, ut maiori Religiosorum numero divinus cultus ardentius frequentetur et

Deo optimo maximo perfectius serviatur. Nos, eiusdem beneficentiae in Domino occurrere volentes, tenore praesentium et auctoritate qua fungimur, Tibi praefato eiusdem Conventus generalis Priori facultatem concedimus, ut, canonicis sanctionibus et Constitutionibus Apostolicis, Ordinisque Statutis et decretis servatis, Sex novitios clericos et duos laicos pro hac vice possis habitu nostri Ordini sinduere et ad professionem, anno novitiatus expleto, admittere, dummodo tamen idonei reperiantur et sint natalibus, aetate, vita, moribus, litteratura et corporis habitudine conspicui, nec aliquis induatur pro clerico qui decimum quintum, nec pro laico qui vigessimum quartum, aetatis suae annum non expleverit, rejicientes omnino eos qui ultra quartum gradum a parentibus hebreis ortum traxerint. Si vero contingat (quod Deus avertat) aliquis eorum non servatis supradictis conditionibus, scienter vel ignoranter, ad habitum vel professionem admitti, eiusdem professionem tanquam nullam et irritam haberi praecipimus, prout ex nunc pro tunc eam annuallamus et irritamus. Coeterum, in Domino hartamur ac mandamus, ut in Novitiorum magistrum is eligatur, cuius exemplari vita melius in bonitate spiritus, regularisque disciplinae observantia dirigantur et in via Dei perficiantur. Dat. Romae, die 9 Maii 1665.

Ibid. fol. 100.

## X

### El Rey de Portugal recomienda al Rmo. P. General de la Orden al P. Manuel de la Concepción, que pasa a Roma para tratar de las fundaciones de Conventos

Generale dell'Ordine degli Eremiti di S. Agostino.

Io il Re v'invio molto saluto. Fra Emmanuele della Concettione, Religiosos delli Recoleti Scalzi del vostro Ordine, il quale è stato Confessore della Regina mia Madre e Signora, che sia in Cielo, passa a cotesta Corte a tratare personalmente di ciò che converrà per l'augmento et conservatione delle fondationi de Conventi che mi lasciò reccomandate. Vi raccomando che gli fate il favore che bisognerà per questo effetto perche n'havrò grande pia-

cere di quanto oprarete sopra di ciò. Scritta in Lisbona sotto li 19 Giugno 1666. Io il Re. Il Conte di Castelmigliore.

Reg. Rmi. Lanfranconi. Dd. 102, fol. 64.

## XI

### El Rmo. Lanfranconi contesta al Rey

Sacra Real Maestà.

Come vivamente ambisco di corrispondere a cenni riveritissimi di V. M., così all'arrivo del Pre. Emmanuele fattimi palesi, non mancarò di esseguirle in tutto ciò che dipenderà dal mio arbitrio a maggior gloria di Dio e del suo santo Culto. In tanto rendendo a V. M. humilime gratie dell'honore che si compiace dispensarmi, profondissimamente m'inchino. Roma, 16 agosto 1666.

Ibíd. eód. fol.

## XII

### La sagrada Congregación de Obispos y Regulares se opone a la separación de la obediencia del General de los dos Conventos de Descalzos de Portugal y su tránsito a la Congregación de los Descalzos de Italia (3).

In Causa Fris. Emmanuelis a Conceptione, Ordinis Heremitarum S. Augustini, pretendentis Reformationem Discalceatorum (quorum habitum de licentia Prioris Generalis eiusdem Ordinis induit), in Provincia Portugalliae introducere, et ad hunc effectum instantis quod duo Conventus, unus pro fratribus sub titulo Immaculatae Conceptinis et alter pro monialibus sub titulo S. Augustini, in loco de Xabregas extra et prope moenia Ulissiponis fundati, ut ipse asserit, cum Instituto Discalceaorum, sub

(3) En el Regesto del Rmo. Jerónimo Valvasori Dd. 103, fol. 137-v, con fecha 27 de junio, se encuentra la siguiente anotación que indudablemente se refiere a este decreto: «Eadem a Congregatione (Capitulare Ordinis) resolutum fuit ut executioni mandetur Decretum emanatum a Sacra Congregatione prout latius dicemus circa negotium principale seu petitionem PP. Discalceatorum Provinciae Portugalliae». Más adelante, nada se vuelve a hablar de este asunto en todo el Regesto.

obedientia tamen Prioris Generalis a quo idem frater Emmanuel fuerat utriusque Conventus Superior constitutus, dismembrarentur ab eodem Generali et subjicerentur Congregationi Excalceatorum Italiae, nec noc petentis ut tam sibi quam fratri Josepho a Sta Theresia permitteretur transitus ad eosdem Excalceatos Italiae.

Sacra Congregatio Emmorum. S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, re, partibus saepius auditis, mature discussa. Emmo. Ilcio referente, dismembrationem et transitum huiusmodi nullatenus concedendos esse censuit ac decrevit, prout harum vigore decernit; contrariis quibuscunque non obstantibus. Romae, 29 Aprilis 1667. M. Cardinalis Ginnettus - Loco Sigilli - E. Episcopus Camerinensis, Secretarius.

Notitiae Prov. Lusitaniae, Aa, 48 sin. fol. Arch. Ord. Copia.

## XIII

**La Sagr. Congregación de Obispos y Regulares manda al Vicario Capitular de Lisboa que informe acerca del estado de las fundaciones de los Descalzos de Portugal, los cuales pretenden constituirse en Congregación al modo de los de Italia**

Adm. Rdo. Vicario Capitulari Ulixbonensi.

Admodum Rde. Dne. Pluries proposita in hac Sac. Congregatione super negociis Episcoporum et Regularium ad relationem Emmi. Ilcii instantia fratrum Emmanuelis a Conceptione et Josephi a Sta. Theresia, Ordinis Eremitarum Sti. Augustine Excalceatorum, ut ex duobus Conventibus, uno fratrum et alio Monialium, aliisque in Regno Lusitaniae forsam erectis seu in posterum erigendis eiusdem Ordinis una constituatur Congregatio ad instar Congregationis fratrum Excalceatorum Italiae, et diligenter consideratis rationibus et motivis ad hunc effectum deductis, quae late in adiuncto supplici libello exprimuntur, eadem Sac. Congregatio desuper certior fieri, ad hoc ut de suppositorum veritate ad resolutionem capiendam dubitari nequeat. Quapropter Emmi. Patres, de D(ominationis) tuae zelo et integritate confisi, ad eam scribi mandaverunt, quatenus de contentis in dicto supplici libello,

auditis interesse habentibus, informationem capiat et examinatis assertis fundationibus et docto de earum subsistentia, omnia referat eidem Sac. Congregationi una cum suo voto. Id Dominatio tua sedulo praestet et vivat incolumis. Romae 30 septembris 1667. Studiosus D. tuae M. Cardinalis Ginettus.

Ibíd. Copia.

## XIV

### El Vicario General de la Archidiócesis de Lisboa visita el Convento de la Concepción de los Agustinos Descalzos

Alli 5 del mese di Settembre dell'anno 1668, andò il Rdo. Sr. Dr. Valentino Feo della Motta, Vicario di questo Arcivescovato di Lisbona come Notaro Apostolico e col Governatore generale de Chierici per avanti il Monastero di S. Francesco di Xabregas extra muros di questa Città, dove chiamano Maruilla e dove stà sito un Monastero de Frati Scalzi dell'ordine di Sant'Agostino, nel quale entrò, e vide che haveva una Chiesa piccola sotto l'Invocatione di nostra Signora della Concettione, e che, quantunque prima era una vigna, era formato Convento con alcune celle, libraria e Novitiato per quattro Novitii, e che haveva l'altre commodità e sito e clausura por la commodità de'Religiosi, e vedendo le fabriche nuove che si stavano facendo, ritrovò che era principiata la fabrica per la Chiesa, che ancona stava per esser coperta, e principiato un pezzo di muro già alzato per dormitorio, e procurando di havere il Padre frà Emmanuele della Concettione, Priore del detto Monastero, contenuto nella supplica nel libello e decreto della Sacra Congregatione annessi a gli atti, gli disse un Religioso giovane, il quale asserì essere il più antico che stasse nel Convento e fù quel medesimo che l'andò mostrando, essere uscito fuori, e per essere così, al medesimo Religioso disse il Rdo. Sig. Vicario Generale la diligenza e la Visita che in essecutione dell'ordine della Sacra Congregatione andava a fare in detto Convento, acciò che poi gli ne'desse relatione, et havendo sopra di ciò qualche Instanza da fare, la facesse al Rdo. Sr. Vicario Generale per sentirlo nelle sue ragioni; et il detto Religioso si incaricò di dire così come gli si ordinava; et informandosi in oltre il Rdo. Sr. Vi-

cario Generale dal medesimo Religioso quanti Religiosi vi fossero di quell'Habito et ordine de Frati Scalzi di Sant'Agostino, gli rispose cha fra'tutti erano dieci, che di questi sette erano Sacerdoti, due Novitii et uno Laico, delli quali due stavano nella parte oltre del Teio, uno in Santarem e li sette in quel Convento. E di tutto questo il Rdo. Sig. Vicario Generale ordinò farsi questo Instromento da lui sottoscritto col Governatore Generale, et io Emmanuele Monteiro de Silva, Notaro Apostolico, l'ho scrito e fò fede essere la verità tutto quel che di sopra si contiene.

Ibídem. Copia.

## XV

### Sentencia del Tribunal eclesiástico de Lisboa contra la fundación de Santarem

Statutum est in Tribunali Ecclesiastico quod, inspecto ordine Rdi. Capituli, Vicarius Generalis Santirensis praecipiat sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda notificare Religiosis Gratianis Excelceatis residentibus in dicto oppido de Santarem, quod non aedificent in illo Conventum neque in aedibus in quibus fuerint morati erigant Altare, in quo missam celebrent absque legitima licentia huius Ordinarii. Et, casu quo non pareant, invigilet ut Summarium conficiat, ad hocque Tribunal remittat, ad hoc ut procedatur sicuti fuerit de iure. Ulixbonae, 5 Septembris 1868. Valentinus Feo de Motta. Sebastianus Dinis Velzo. Joannes de Pacos de Magalzar. Joannes Serranus. Dominicus Viera de Sotto. Emmanuel Ribeiro Ferreiro.

Ibídem.

## XVI

### Voto e información del Vicario Capitular de Lisboa

Emmi. et Rmi. Dni. Quoddam Decretum huius Sac. Congregationis mihi fuit praesentatum cum supplici libello incluso fratrum Emmanuelis de Conceptione et Josephi de Sancta Teresia

(sic), Ordinis Eremitarum Sti. Augustini Excalceatorum, in quo Emmae. Vestrae mihi committunt quod informationem capiam de omnibus in dicto libelo contentis, scilicet: quod iam quatuor habebant erectos Conventus et dotem quanta requiritur ad Religiosorum substentationem, et humiliter supplicant pro introducenda et erigenda nova Congregatione in hoc Regno Portugalliae cum facultate fundandi alios Conventus Fratrum et Monialium et recipiendi Novitios sub dicto Instituto, et examinatis assertis fundationibus et docto de earum subsistentia, mihi praecipiunt Emmae. Vestrae ut omnia referam eidem Sac. Congregationi cum meo voto. Ut par est, huiusmodi obedivi Decreto et mandato, informationem feci super quatuor Conventibus erectis aut erigendis, quos dicti Excelcati dicebant iam fundatos, et inveni tales Conventus non existere, nec in loco Sanctae Margaritae de Mourdo, nec in Monte Sancti Ludovici iuxta Settubal Invocationem Dominae Conceptionis, nec in loco Sancti Mauri extra muros Civitatis Ulixbonensis, ut Emmis. Vestris constabit ex processu testium, quem remito, nec unquam licentiam obtinuerunt a Capitulo, Sede vacante, ad assertorum Conventuum fundationem. In Valle Xabregas, extra muros huius Civitatis, prope Monasterium Monialium Excalceatarum eiusdem Ordinis fundatum a Serenissima Regina, est quidam Conventus praedictorum Excalceatorum cum ecclesia principiata, dormitorio et septa, in quo aliqui Excalceati morantur, qui dictis Monialibus assistunt ad audiendas earum confessiones et sacramenta administranda, ut etiam Emmis. Vestris constabit ex informatione a me facta et Emmis. Vestris remissa. In praesentiarum dicti Excalceati alias fundationes praetendunt, nempe in loco Dominae nostrae de Pietate Santirenensi et in oppido de Caparica; sed quia dictas fundationes intentant contra dispositionem Juris et Summorum Pontificum Brevia. Capitulum, Sede vacante, ipsas prohibet, de qua prohibitione Emmae. Vestrae erunt certiores factae ex sententia data in Tribunali ecclesiastico contra fundationem Sanctae Mariae de Pietate in oppido Sanctirenensi, cuius copiam transmitto, et alia similis est lata contra fundationem de Caparica.

Meum in hac re iudicium et votum est, quod Conventus fundatus in Valle de Xabregas prope Monasterium Monialium Excalceatarum fundatum a Serma. Regina, in quo dicti Excalceati habitant, maneat et perseverent et opera in eo incepta perficiantur,

in quo morantur dicti Excalceati sub obedientia Praelatorum suae Provinciae ad sacramenta Monialibus conferenda et ad confessiones audiendas, spiritualiaque et temporalia administranda. Attamen, quod nullo modo ipsis Excalceatis concedatur facultas ad alias fundationes Conventuum faciendas; magnum enim huic Regno tales fundationes praeiudicium affarrent, succumbet namque multiplicatione Conventuum, praecipue Religiosorum novi Instituti, et difficillime in praesenti potest succurri inopiae Capuccinorum multis ad inc annis in hoc Regno existentium, quae est ratio, aliis omissis qua motum Capitulum, Sede vacante, has et similes fundationes prohibet. Ita sentio. Dominus Optimus Maximus EE. VV. servea incolumes ad Ecclesiae suae singulare ornamentum. Ulissipone, die 8 Septembris 1668.

EE. VV. humilis Servus: Dr. Valentinus Feio de Motta, Vicarius Capitularis Ulissiponensis.

Ibídem. Copia.

## XVII

### Carta del Príncipe de Portugal

Pater Generalis Ordinis S. Augustini: Ego Princeps tibi salutem plurimam dico. Ex literis tuis sub data 1.ª Octobris (4) anni elapsi deprehendi desiderium quod habes obediendi meis ordinibus, teque cum illis conformandi, procurando quod fundatio Reginae meae Matris et Dominae, quam Deus habet, continuetur ita ut assequatur eius intentio ac postrema voluntas, in quo spero processurum te sicut tibi Videbitur magis expedire servitio Dei et augmento Religionis. Et possum tibi affirmare id a te mereri meum animum, tum quia te plurimi aestimo propter tua merita, rega tuum Ordinem. Si ad hunc vel ad quodvis aliud intentum virtutes et Religionem, tum ob specialem devotionem quam habeo fuerit aliquid necessarium, mihi potes referre, et fide quod invenies in me omnem bonam correspondentiam. Scriptum Ulixbonae 28 Julii 1668. Princeps. Pri. Generali Ordinis S. Augustini.

Ibídem. Copia.

(4) De esta carta y de otra que verosimilmente el Príncipe debió de escribir al General no se encuentra ningún retraso en el Archivo de la Orden.

## XVIII

### Escrito de los Abogados Cavaleri y Botini contra la incorporación de los Descalzos de Portugal a los Recoletos de España. Año 1669

Ulixbonensis - Dub. An incorporatio cum Congregatione PP. Discalceatorum Hispaniae sit attentata, vel potius infirmanda vel confirmanda.

Emme. et Rme. Dne. Uiae memoriae Regina Portugalliae voluit anno 1663 fundare prope Moenia Civitatis Ulixbonensis, in Valle de Xabregas, Monasterium Monialium sub titulo Sti. Augustini, quas voluit esse eiusdem Ordinis et Instituti, et quod tam ipsae quam Religiosi, qui eis assistere deberent, starent sub immediata jurisdictione Patris Generalis, et insuper desideravit ut tam moniales quam religiosi eis inservientes incederent excalceati, ut ex litteris eidem Generali directis die 25 Aprilis 1663, Sum. n.° 1.° (Fol. 1 huius recens).

Generalis proinde morem gerens, ut pareret huiusmodi voluntati Reginae, licentiam concessit tam respectu fundationis Conventus Monialium quam respectu servitii eis praestandi a nonnullis religiosis, quibus concessit ut incederent excalceati et manerent sub eius immediata jurisdictione, ut ex litteris 2.ª Januarii 1664, n. 2.° (Fol. 5, h. r. n. VI).

Postmodum, quia Regina optavit Conventum aedificare pro habitatione fratrum destinatorum servitio monialium et licentiam a Generali petivit, iste, quatum ad eum ratione Officii spectabat, auctoritatem impertitus fuit ut, canonicis Sanctionibus, Constitutionibus Apostolicis ac Ordinis statutis servatis, posset praedictum Conventum fundare, quem sic erectum sibi et successoribus suis, suisque Commisariis subiectum esse voluit, et in Priorem arbitrio suo nominavit P. Emmanuelem a Conceptione, ut ex aliis litteris 5 julii eiusdem anni, Sum. n.° 3.° (Fo. 7 h. r. n.° VIII).

Totum hoc negotium fuit tractatum et conclusum ad importunas preces dicti P. Emmanuelis, ambientis tali pacto non tantum superioritatem, quam a Praelatis Provinciae numquam obtinere potuerat, sed exemptionem praedictam.

Nec his contentus, alia machinatus fuit in praeiudicium totius Ordinis; accessit enim ad Urbem et petiis licentiam transeundi ad Congregationem Excalceatorum Italiae, simulque dismembra-

tionem praedicti Conventus a Religione et subjectionem eidem Congregationi Italiae. Verum Sac. Congregatio, ad relationem Emmi. Ponentis, utrumque denegavit, ut ex decreto 29 Apriliis 1667, Sum. n.° 4 (Fol. 10 h. r. n.° XII).

Non acquiescens Fr. Emmanuel huic decreto, recursum habuit ad Sanctissimum pro introductione Excalceatorum S. Augustini in Portugallia sub Constitutionibus Congregationis Italiae, tam pro fratribus quam pro monialibus, et instantia ad hanc Sacram Congregationem remissa, fuit causa acerrime discussa, et cum Fr. Emmanuel supponeret de facto existere in Regno Portugalliae plures Conventus fundatos pro excalceatis, quod a nobis negabatur; volens Sacra Congregatio certior fieri, prudentissime decrevit ut scriberetur Vicario Capitulari Ulixbonensi quod se litterae die 30 septembris 1667. Sum. n.° 5.° (Fol. 10 h. r. n.° XII. informaret et referret cum voto, prout de facto fuerunt expeditae literae die 30 septembris 1667. Sum. n.° 5.° (Fol. 10 h. r. n.° XIII).

Discessit a Roma Fr. Emmanuel cum his litteris, sed bene agnoscens insubsistentiam dicti suppositi et quod asserti Conventus nullatenus erant fundati, renuit easdem litteras Vicario praesentare. Ideoque Provincialis fuit coactus exhibere duplicatum quod habebat et instetit apud Vicarium ut munus sibi concessum obiret et pro veritate S. Congregationem cum suo voto informaret.

Acceptavit Vicarius commissionem et die 3 Septembris anni praeteriti personaliter accessit ad locum de Xabregas et, non reperto Fratre Emmanuelle, post visitationem totius Conventus, monuit alios Religiosos ut dicto P. Emmanueli referrent quod ipse volebat S. Congregationem de omnibus certiorem reddere ac proinde, si aliquid deducere intendebat, quamprimum hoc faceret, ut ex Processu in manibus Emmi. Ponentis et in hac parte Sum. n.° 6.° (Fol. 11, h. r. n.° XIV).

Verum, cum ipsi Excalceati alia ordirentur quae praemeditata habebant, notificationem hanc minime curarunt et comparere renuerunt.

Nam, in contemptum huius S. Congregationis, clam subiecerunt se excalceatis Hispaniae et transitum sibi a S. Congregatione negatum, prout etiam dismembrationem Conventus, auctoritate propria, spreto S. Congregationis decreto, et pendente rela-

tione Vicarii, fecerunt sub die 21 Septembris anni praeteriti, ut ex actu ab Adversariis exhibito Emmo. Ponenti.

Rursus in dicto Conventu de Xabregas, pendente hoc negocio in Sacra Congregatione, Fr. Emmanuel ausus fuit novitios vestire, ut habetur ex actu visitationis eiusdem Conventus factae a Vicario rio generali Ulixbonensi. Sum. praedicto n.° 6.° (Fol. 11 h. r. n.° XIV).

Praeterea non minus attentate conatus fuit acquirere nova loca in oppido Santarem et in loco de Caparica, sed ab utraque praetensione fuit reiectus per sententias Tribunalis Ecclesiastici, ut respectu primae datur copia sententiae, Sum. n.° 7.° (Fol 11 h. r. n.° XV), et respectu alterius constat ex relatione Vicarii ad hanc Sac. Congregationem de qua infra (Fol. 12 h. r. n.° XVI).

Cognoscens igitur Vicarius Capitularis contumaciam Excalceatorum et quod vel per fas vel per ne fas volebant in Portugalliam introducere novum Institutum, exauditis testibus pro verificatione quod nullus ex Conventibus suppositis esset fundatus, transmisit sinceram de omnibus relationem una cum dicto Processu et cum praedicta sententia Tribunalis Ecclesiastici contra fundationem in Oppido Sanctarensi cum assertione quod alia similis erat lata contra fundationem de Caparica, et simul votum suum protulit quod Conventus fundatus in Valle de Xabregas, in quo Excalceati habitant, pro servitio monialium maneat et perseveret sub obedientia Religionis ad Sacramenta monialibus conferenda et confessiones audiendas, spiritualiaque et corporalia administranda; attamen, quod nullo modo ipsis Excalceatis concedatur facultas a dalias fundationes faciendas, eo quia tales fundationes magnum Regno Portugalliae praeiudicium afferrent, ut ex copia litterarum quae datur Sum. n.° 8.° (Fol. 12 h. r. n.° XVI).

Antequam hoc votum ad Urbem perveniret, subodorantes Excalceati sibi esse contrarium, curarunt ut Procurator Congregationis Hispaniae supplicaret Sanctissimo pro licentia fundandi Conventus in Portugallia et pro confirmatione gestorum ab Excalceatis dicti Regni, qui auctoritate propria, ut diximus, se, suaque loca subiecerant eidem Congregationi Hispaniae..

Et in alio supplici libello nomine dicti Procuratoris Excalceatorum Hispaniae, recedendo a prima petitione, fuit expositum quod uterque Conventus tam monialium quam virorum, iuxta legem fundationis, debebat esse sub immediata jurisdictione Ge-

neralis et quod nihilominus Religio praetendit illud non debere stare subiectum Congregationi Hispaniae, quod dicitur esse contra Brevia sa. me. Clementis 8, Pauli V et aliorum, et proinde fuit supplicatum de opportuno remedio, ut ex copia utriusque memorialis, quae ut aperte dignoscatur quantum in suis Instantis hi Religiosi varient, datur in Sum. n.° 9.° (Fol h. r. n.° )

Placuit Sanctissimo utrumque memoriale ad hanc Sac. Congregationem remittere et nunc. ad relationem Emmi. Ponentis, supplicatur nomine Religionis ut in dubio supradicto affirmative quoad primam partem respicientem attentata, et quoad aliam pro infirmatione incorporationis resolvendo.

Attentata namque sunt nimis clara, dum pendente negocio in hac Sac. Congregatione, et praecipue tempore quo expectabatur relatio Vicarii Capitularis Ulixbonensis, supradicta Instantia introducendi in Regno Portugalliae institutum Excalceatorum nihil erat in partibus innovandum...

(Sigue una larga exposición de las razones que militan en favor de la tesis sustentada por los abogados Sres. Cavaleri y Bottini, exposición que no copio porque nada añade al relato histórico que precede, único que en el momento me interesa.)

Cod. aa. 48. Copia.

## XIX.

### Memorial presentado al Papa por los Descalzos de Portugal en ¿1668?

Bmo. Padre. Havendo la Regina Ludovica de Guzman di chiara memoria, Madre dell'hodierno Re e Principe di Portogallo particolar devotione d'introdurre in quel Regno l'Instituto di Scalzi riformati di S. Agostino, fondò a quest'effetto nella Valle di Xabregas, presso le mura della Città di Lisbona, un Convento di frati sotto il Titolo dell'Immacolata Concettione della Bma. Vergine et un Monastero di Monache del medesimo Instituto de Scalzi sotto l'invocatione di S. Agostino, nel qual Monastero l'istessa Regina si inchiuse e terminó religiosamente i suoi ultimi giorni, in cui pio essempio imitandosi dal Rè Alfonso, figlio dell'istessa Regina, assegnò la Chiesa di S. Mauro per l'erettione

d'un altro Convento del medesimo Instituto. Il simile hanno fatto altri Nobili dell'istesso Regno per l'erettione d'un altro Convento sotto l'invocatione di Nra. Signora della Pietà nel luogo di Sanctarem, Nra. Signora dellas Nieves nel luogo d'Arruda et Ntra. Signora dell'Assunione nel luogo di Caparica, lo stabilimento et ampliatione di che bramandosi particolarmente dalla Regina hodierna sotto la diretione di fra Emmanuele della Concettione, Superiore del Convento e Monastero di Lisbona, già Confessore della Regina sudetta.

Si Supplica la somma pietà e zelo della Santit: a Vostra a degnarse di commetere all'Ordinario dell'istessa Città di Lisbona che, concorrendo nell'erettioni sudette i requisiti de Sacri Canoni e decreti Apostolici circa la fondatione di novi Conventi, l'approvi e confermi Apostolica authoritate, come ancora l'unione et incorporatione de sudetti Conventi alla Congregatione de gl'Agostiniani Scalzi di Spagna, conforme il trattato per ciò fatto fra li Conventi d'ambe due le Nationi.

Ibidem. Copia.

## XX

### Memorial presentado al Papa por el Procurador general de los Agustinos Descalzos de España en ¿1668?

Bmo. Padre - Il Procuratore Generale de'Scalzi di S. Agostino della Congregatione di Spagna, devotissimo oratore della Santità Vostra, humilmente gl'espone che essendo stato fondato dalla Regina defonta di Portogallo D.ª Ludovica di Gusman un Convento di frati sotto il titolo dell'Immacolata Concettione et un Monastero di Monache sotto l'Invocatione dell'Immacolata Concettione (sic) nella Valle di Xabregas presso la Città di Iisbona, con espressa legge nella fondatione che l'un e l'altro siano dell'Instituto sudetto degl'Agostiniani Scalzi e affatto esenti da ogni Giurisditione del Provinciale degl'Agostiniani di Portogallo e soggetto immediatamente al Prior generale dell'istess'Ordine, come dalle Patenti dell'istesso Generale in mano del Sig. Card. Delci, Ponente di questa Causa avanti la Sacra Congregatione sopra Vescovi e Regolari, si pretende dal Provinciale della Provincia di Calzati di

Portogallo e dal Procuratore Generale dell'Ordine di S. Agostino che il sudetto Convento non sia soggetto alla sudeta Congregatione degl'Agostiniani Scalzi di Spagna, il che repugnando non meno alla pia intentione della Regina fondatrice sudetta che del Rè hodierno e Regina de Portogallo et alla chiara dispositione de Sacri Canoni e bolle della san. mem. di Clemente 8, Paolo quinto et altri Sommi Pontefici.

Supplica humilmente V. Stà l'oratore la somma pietà della Santità Vostra a degnarsi dar quegl'ordini che le parranno per la conservatione delle ragioni della sudetta Congregatione conforme le Bolle sudette, e porti perpetuo silentio.

Che il tutto etc.

Ibídem. Sumario n.° 9.

## XXI

### Dos cláusulas del Convenio celebrado entre los Descalzos de Portugal y los de España, en 21 Sept. 1668

N.° X.° - Che il P. Vicario generale fosse obligato a procurar in Roma, mediante il suo Procuratore generale la confermatione di questa unione et incorporatione, e parimente che li detti Padri Scalzi possano assistere al governo delle Religiose del medesimo Instituto, non obstante il Breve di Clemente 8 (5).

N.° XI.° - Et in caso che per parte del Rmo. Pre. Vicario Generale si manchi ad alcuna delle condizioni dichiarate, li sudetti Religiosi non restaranno obligati alla satisfattione di questa scrittura etc.

Ibídem - Sumario.

(5) Se alude aquí indudablemente —hoy insisten sobre lo mismo— al Breve de Clemente VIII «Decet Romanum Pontificem» de 22 octubre 1598. Es de observar que ni en este Breve ni en ningún otro del mismo Pontífice se hace referencia ninguna a la dirección de Monjas por los Descalzos Donde si se encuentra una prohibición de que los Descalzos se ocupen del gobierno de Monjas es un Decreto de los Cardenales Baronio y Belarmino y el Obispo de Aversa, comisionados por Clemente VIII para definir varias cuestiones existentes entre Calzados y Descalzados. En ese decreto, que lleva la fecha de 5 de octubre de 1600, se dice: «Statuimus etiam quod dicti Fratres Discalceati non habeant neque habere possint curam nec regimen Monialium, etiam si sint discalceatae dicto Reformationis et Instituti». Más tarde los Recoletos incluyeron este artículo en sus Constituciones, como si directamente hubiera emanado del Papa Clemente VIII.